# Canones peniten=tionales ex varijs sanctorum pontifi=cum decretis collecti. quorū noticia viris ecclesiasticis non minus vtilis quā necessaria.



Hieronymus Vietor Has Canones ob Chri=stianæ pietatis incrementum q̄ potuit emen=datissima impræssit Cracouiæ in Academia sua. M. D. XXI.

# Incipiunt Canones penitentionales secundũ processũ uenerandi patris Astexani, ordinis minorũ, per uarios casus expressi atq; in tractatulũ breuiter collecti. Pri. Can.

¶ Pro peccato mortali penitentia de rigore iuris est iniũgenda septennis ut notat᷑. c. Hoc ipm xxxiij. q. ij. & in. c. Prędicandũ. xxij. q. i. Casus ibi est ꝙ post penitentiã septennẽ, penitẽtes ad pristinũ statũ redire pñt. Et dicit᷑ de rigore iuris, qa Panor. sup. c. Deus q, extra de peniten. & remis. dicit ꝙ nõ est necesse vt qs tantã penitentiã agat / qa hoc est ordinariũ. Sed põt esse tanta cõtritio & alię q̃litates alleuiantes delictũ ita ꝙ nõ sit necesse tã longã penitentiã agere. Et hoc notat glo. c. Sunt plures de peniten. dis. iij. in verbo mille

¶ Pręsbiter si fornicationẽ fecerit (quanq̃ scd̃m Canones apostolorum debeat deponi, tñ iuxta auctoritatẽ beati Siluestri, si in vitio non ꝑdurauerit) decẽ annos penitentiã agat, sacco indutus humi adhęreat, trib⁹ mensibus cõtinuis a vespera vsq; ad vesperã pane & aqua vtatur. Exceptis dñicis diebus & festis, qbus annis expletis potest eũ Episcopus ad pristinũ statum reuocare. Modus aũt hmõi penitentię decennis / in summa Astensis magis specificat᷑. Hęc in c. Pręsbiter. lxxxij. dist. Et canon ille ecclesię occidentalis sacerdotes tangit omnes, non autem orientalis quę votum continentię non obtulit ut. c. Aliter. xxxi. distin

¶ Si pręsbiter filiã cognouerit spiritualem, quã scz baptisauit aut confirmatione vel baptismo tenuit, aut quę sibi confessa fuit / penitentiã debet agere. xij annis / & etiã si crimen sit manifestum deponi debet, & peregrinando. xij. annis peniteat / & postea monasteriũ intret in tota vita sua ibidem moraturus. Epũs vero qui talia cõmisit peniteat. xv. annis. Ipsa vero cũ qua delictũ perpetratũ est omnia debet relinquere / & bona sua pauperibus dare & conuersa fiat, vsq; ad mortem in monasterio deo seruire debet. xix, q. i. c. Si quis sacerdos, &. c. non debet.

¶ Quicunq; filiam suam spiritualem vel matrem cognouerit / septẽ annis peniteat, & similit᷑ ei consentientes. c. Non oportet. xxx. q. iij.

¶ Quicunq; contrahit cũ aliqua alij per verba deprę senti desponsata, illa demissa. xi. diebus in pane & aqua ieiunet, & annis septem sequentibus peniteat. Hęc. c. Accepisti extra de spon. duo.

¶ Cognoscens duas cõmatres uel fratris vxorẽ / aut duas sorores, aut matrẽ & filiã, ad minus octo annis peniteat / licet plus deberet. c. Si pat᷑ xxx. q. iiij. Ipsa aũt penitentiã agat scd̃m formã supra traditã.

¶ Qui cognouerit monialẽ decẽ annis peniteat / & similit᷑ ipsa scd̃m formã supra dictam. xxvij. q. i. De filia, &. c. Deuotã. In quorũ primo. c. dicit᷑ qđ si filia epi vel pręsbiteri uel dyaconi post votũ solenne cõtra-

xerit matrimoniũ/ad sacram cõionem non admittatur/nisi marito defuncto penitentiã egerit. Si aũt eo viuente decesserit & penitentiã egerit & cõionem petierit, tantũ in fine vitę eã recipiat. In scdo. c. dicit ꝙ deuota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens penitentiã egerit decẽ annis postea ad cõionẽ recipiat/& anteq̃ in ecclia admittat ad orõnem, ad nulli⁹ chrianę mlieris cõuiuiũ accedat.

Quicunq̃ ignoranter cognoscit duas sorores, uel matrem & filium uel amitam & neptem, peniteat septem annis. Si aũt scienter/perpetuo priuetur coniugio vt. xxxiiij. q. ij. Si qs cũ duabus &. c. sequẽti.

Qui ducit in vxorem eam quã per adulterium prius polluit, quinq̃ annis penitentiam agat. xxxi q. i. Nec obstat matrimoniũ dauidis cum bersabea propter certas causas.

Qui contra naturã peccauerit, si clericus fuerit deponi debet aut religioni tradi, vbi corrigibilis appareat, ad perpetuã penitentiã agẽdam. Si vero laicus sit/a cetu fidiliũ usq̃ ad condignã satisfactionẽ debet fieri alienus. c. Clerici, extra de excessi. p̃la. Hoc em̃ vitiũ maius est q̃ matrẽ cognoscere. xxxij. q. vij. c. Adulterij. Vnde beatus August. Adulterij inq̃t malũ fornicationẽ vincit/uincit aũt ab incestu. Peius em̃ est cũ matre q̃ cũ aliena vxore concũbere, sed omniũ horũ pessimũ est quod contra naturã fit. vt si vir mẽbro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. Quocũq̃ em̃ modo tale peccatũ exerceat pręterq̃ inter fœminã & virũ ordinate in vase debito, vitiũ contra naturã & zodomiticũ iudicat, ut Raymundus inquit. Hoc itaq̃ peccatũ alio nomine, peccatum clamans in celum appellatur/clamor aũt ille criminis illius vindictam a deo postulare significat.

Si qs cum brutis coierit plusq̃ septẽ annis peniteat, siliter pro incestu vt notat. c. Hoc ip̃m. xxxiij. q. ij. §. seq. Hoc aũt, vbi dicit ꝙ si relicto naturali vsu/cõtra naturã mõ zodomitico fornicamur/uel vsq̃ ad coitũ brutorũ aĩaliũ ꝓlabimur p̃missũ spaciũ pnię trãscẽdere cogimur.

Pręsbiter q clandestinis nuptijs interest triẽnio suspendat. Si ꝟo culpa postulauerit graui⁹ puniat. extra de clandest. despon. c. Cũ inhibito.

Qui votũ simplex violauerit trib⁹ peniteat ãnis/vt in c. Si vir. xxij dis. vbi dicit ꝙ si vir votũ simplex virginitatis habẽs vxori adiungit vxorem postea non dimittat, sed tribus annis puniatur.

Sacerdos q excõicatus celebrauerit debet triennio penitere/& secũda q̃rta & sexta ferijs a vino & carnibus abstinere. xi. q. iij. c. de illis. Penã vero degradati & ad huc celebrantis notat. c. Accedens. l. dis.

Homicida voluntarius sine spe restitutionis deponat &. vij. annis peniteat vt. l. dis. c. Miror/vbi dicit ꝙ post patratũ homicidiũ sacerdotale officiũ ministrari non põt/sed debet sacerdos talis lachrymarũ fonte tã immane flagitiũ diluere/vt talibus saltẽ remedijs curatus salutis posit inuenire remediũ. Et. c. Si qs. extra de homici. uolun. & cas.

Homicida casualis peniteat quinq̃ annis & hoc scd̃m Raymundũ si

culpa casum pcesserit/alit non ut habet in.c.Eos vero.l.dis.

¶ Si qs homicidiū fecerit ꝓpter necessitatē euitabilē peniteat duobus annis.c.de his clericis.l.dis. Quę si ineuitabilis esset/in nullo sibi imputaret ut in.c.Clerico eadē dis.& in.c.Ioannes extra de homicidio uolū.& cas.&.c.Quidā/eo ti.Et hoc est verū quo ad culpam. Sed bonū esset ꝙ peniteret ad cautelam & ad innocentiam suā ecclesiæ ostendendam. extra eodē.c.interfecisti. Sed si quis per insaniā homicidiū cōmittit nō imputatur ei.c.Illa cauenda.xv.q.i.& in Clementina unica de homici. volun.& cas.Etiā q intuitu disciplinę licet incaute pcuciēdo occidit/deponit,ut in.c. presbiterū extra de homici.uolun.& cas.Aliter tamē habet.c.Si quis nō iratus.xv.q.i. Qui aūt latronē occultū occidit quē viuū comphendere potuit. lx. diebus non intret ecclesiā/& alias penitere debet ut extra de homici.uolū.& cas.Interfecisti.Qui vero paganū occiderit uel iudęū.xl. diebus peniteat.l.dis.,§ qui vero odij.

¶ Matricida peniteat.x.annis scdm formā traditā in.c.Latorē.xxxiij. q.ij.Vxoricide ṽo grauior pena debet imponi.Et hoc non quidē ꝙ illud peccatū sit grauius isto. Sedquia homines proniores sunt ad occidendum vxores q̄ matres. Maius em̄ peccatum est occidere matrem q̄ vxorem,ut Bonauen.super iiij.sen.dist.37.

¶ Qui pręsbiterū interficit peniteat 12 annis ut.c. Qui pręs.extra de peniten.& remis.De pena uero eius qui monachū occidit/clericū/dyaconū/uel subdyaconū habet.c.qui occiderit.17.q.4. Sed de penitētia eius qui domini sui mortem machinatur habetur.22.q vl. §.Si quis.

¶ Qui iniuste aliū ad mortē accusat.40.diebus in pane & aqua ieiunet, & p septē annos peniteat.& hoc si accusatus fuerit occisus. Si ṽo membrū tantū pdiderit/triennio tm̄ peniteat,ut.c. Accus.extra de accu.

¶ Periurus.40.diebus in pane & aqua ieiunet & septē annis sequētibus peniteat/& semp sit in pnia interiori,ut in.c. Quicūq̧.6.q.i. Casus ibi est ꝙ infamis efficitur qui sciens peierare pręsumit.Nec talis in testimonium recipiatur,vt.c.Infames eadem distin.

¶ Qui compulsus fuerit a dn̄o scienter peierare, si liber sit.40.diebus in pane & aqua ieiunet.Et hoc scdm glo.pōt intelligi cōtinue vel interpolatim,& 7.annis sequētibus peniteat, Non tn̄ in pane & aqua ut glosa dicit.Si vero seruus est illius qui eū peierare coegit,tribus quadragesimis/& ferijs legittimis secunda/quarta/& sexta. Et hoc notatur in.c. Qui compulsus.22. q.5.

¶ Qui periurat in manu episcopi,uel in cruce consecrata peniteat tribus annis. Si uero in cruce nō consecrata/vno anno.Qui vero coactus & ignorās iuris ignorātia,& postea cognoscit,peniteat tribus quadragesimis,in.c.Qui vt peierat.22.q.5.Qui vero coactus ꝓ vita redimenda vel qualibet alia necessitate piurat,qa plus corpus q̄ animā dilexit, tribus q̄dragesimis peniteat,eadē q̄stione &.c. Si quis coactus.

¶ Qui sciens falsum iurat vel aliū iurare cogit.40. diebus ieiunet in pa

ne & aqua & .7. annis sequētibus nunq̄ sit sine pena interiori. Alij vero si conscij fuerint silr peniteant. c. Si quis peierauerit. 22. q. 5.

¶ Qui mensurat in falsa mensura. 30. diebus in pane & aqua ieiunet, vt in. c. Vt mensurę extra de emp. & vendi. Pena vero falsarij lrarum habet in. c. Ad audientiā extra de crim. fals. Casus ibidē est q̄ clericus falsans sigillū principis deponat & caracter ei īprimat et in exiliū mittat.

¶ Qui frangūt penitentiā solennē siue redeundo ad priora crimīa uel similia, siue redeūdo ad negociationē uel militiā sęcularē quę sibi fuerāt interdicta, sola intra ecclesiā fidelibus oratiōe iungant, a cōmunione suspendant, & a catholicorū cōuiuijs sepantur. Et debent penitere decē annis, & cōmunicent in fine uitę. c. Si qui uero. &. c. De his qui de peniten. dis. 5. Et 33. q. 2. c. De his uero.

¶ Qui canit missam & nō cōmunicat debet vno anno penitere, & interim missas non canere nec legere, de conse. dist. ij. c. Relatu, & extra de celebra. missarū. c. de homine/ubi casus ponit q̄ grauius peccat q̄ conficere simulat & non conficit/q̄ qui in mortali conficit.

¶ Presbiter qui laicū mortuū inuoluit in palla altaris peniteat decē annis, & mensidus sex sit excōmunicatus. Dyaconus uero triennio & sex mensibus, ut. c. Nemo per ignorantiā. de cons. distin. i.

¶ Qui sacrilegiū cōmittit/ecclesiā violando vel charisma uel calicem sacrū manibus pollutis accipit uel similia sacrilegia cōmittit/peniteat septem annis, Primo anno extra cemiteriū quod violauit consistat, Secūdo anno ante fores ecclesię. Tercio anno in ecclesia. Et in hoc triēnio carnes non comedat, vinū non bibat nisi in pascha & in natali dñi, nō offeret nec cōmunionē sacram accipiat. Quarto aūt anno cōmunicabit & in illo & in q̄nto & in sexto & in septimo tribus ferijs a carnibus & uino abstineat ieiunando vt in. c. De viro nephādo. 12. q. 2. Comburēs aūt ecclesiā. 15. annis peniteat & eā restituat. 17. q. 4. §. Si quis. De pena vero raptoris siue furis rei ecclesiastice. & de pena furis & effractoris tā clerici q̄ layci habet eadē q̄stione. §. Pecunia. &. §. Si q̄s clericus.

¶ Si parentes frangunt sponsalia filiorum aut filiarū a cōmunione triennio separantur, & similiter filij si in culpa fuerint. Si tamen filij scđm promissionem factam contraxerint/accusantur vtriq̄ scz quo ad penā ecclesię, non aūt quo ad reatum ex quo dederunt operam in contrariū 31. q. 3. Si qui parentes.

¶ Qui blasphemauerit publice deum vel aliquem sanctorum & maxime beatam virginem illi debet episcopus hanc penitentiam iniungere scilicet ut septem diebus dominicis prę foribus ecclesię in manifesto dū missa cantatur existat, & vltimo illorum dierum dominicorū pallium & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & septem precedentibus sextis ferijs in pane & aqua ieiunet, ecclesiam nequaq̄ ingressurus & quolibet predictorum dierū tres pauperes uel duos uel saltem vnum reficiat si potest, Et si non potest/hęc pena in ali-

am commutet. Quod si renuerit agere omnia supradicta / interdicatur sibi ecclesia / & in morte ecclesiastica priuetur sepultura, extra de maledicis. c. Statuimus. Secundum tamẽ canonem antiquum / clericus erat degradandus & laycus excõmunicandus. 22. q. i. Si quis per capillum ut latius in summa Astensis explicatur.

¶ Presbiter confessionem reuelans de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus uitę suę debet ignominiosus peregrinari, ut in. c. Sacerdos ante omnia de peniten. distin. 6.

¶ Qui in dicendis horis & alijs in diuinis officijs discrepat a consuetudine metropolitanę ecclesię proprię sex mensibus priuetur cõmunione, si ex contemptu acciderit ut in. c. De his. 12. distin.

¶ Episcopus qui sine iusta causa clericum inuitum & reclamantem uel penitus absolute ordinat vno anno suspendatur, ut in. c. Episcopus q̃ Et. c. sequenti. 74. distin.

¶ Episcopus qui correctionem de venditione misteriorũ dissimulat duobus mensibus suspendatur. Presbiter. iiij. Dyaconus tribus suspendatur. Subdyaconus & cęteri ad arbitrium iudicis penitere debẽt. c. Quicquid inuisibilis. i. q. i.

¶ Sortilegus quadraginta diebus peniteat, ut notatur in. c. In tabulis extra de sor.

¶ Qui uidet in astrolabio duob⁹ ãnis peniteat, ut in. c. Ex tuarũ eõ sor.

¶ Destilla sanguinis altaris cadẽtis super terram uel aliquid aliud ꝓpter presbiteri negligentiam ob id presbiter penitere debet quadraginta diebus. Si vero super palla altaris ceciderit quattuor diebus peniteat vt in. c. Si per negligentiam. de consec. distin. ij.

¶ Siquis eucharistiam propter ebrietatem vel voracitatem euomuerit si laycus / peniteat. 40. diebus / si clericus uel monachus uel presbiter siue dyaconus. 70. peniteat diebus. Si vero episcopus nonaginta diebus. Si vero causa infirmitatis euomuerit / septem diebus peniteat ut in. c. Si quis per ebrietatem de conse. distin. ij.

¶ Quando mus corrodit uel comedit corpus Iesu siue sacramenti hostiam sacerdos quadraginta diebus peniteat. Qualem aũt penitentiam agere debet explicatur in. c. Qui bene non de cons. distin. ij. Et Bonauẽ. super quartũ senten. distin 13. latius videatur.

¶ Qui domum uel arcam uoluntarie accendit, sublata uel incensa omnia restituat / & tribus annis peniteat. ut notatur in. c. Si quis domum extra de iniurijs, quod si ex odio uel iniuria id fecerit excõmunicari debet / nec absolui donec satisfecerit & iurauerit ꝙ ignem de cetero nõ imponat, Imponitur aũt sibi ut Ierosolimam uel in Hispaniam uadat in dei seruitio anno integro ibi moraturus. Sed secundũ leges qui in ciuitate opera data incendiũ fecerit / si sit humilis subijciatur bestijs. Si sit in aliqua dignitate, decapitetur, uel in insulam religetur. l. Finali. ff. de incendijs, scḋm Hostiensem aũt debet cõburi in igne ꝑ eum structo.

¶ Qui cõmunionem dederit uel acceperit ab heretico /& nescit hoc ab ecclesia prohibitum & postea intelligit, peniteat vno anno. Si vero sciuit peniteat decem annis, uel secundum aliquos septem, uel ut aliis placet quinquennio penitentiam agat. Qui vero hereticum celebrare permitit missam in ecclesia catholica periuris ignorantiam /quadraginta diebus peniteat. Si uero pro reuerentia eius /per annum peniteat. Sed si pro damnatione ecclesię proiiciatur ab ecclesia si impenitens fuerit, alioquin decem annis penitere potest. Si vero relicta ecelesia & ad hereticos transierit & alios ad hoc induxerit, peniteat duodecim annis, ut notatur in. c. Si quis dederit 24. q. i.

¶ Patronus q res ecclesiasticas dilapidauit vno anuo peniteat, ut notatur. c. Filii:. 15. q. 7.

¶ Qui pacem cum proximo suo non facere iurat vno anno a cõmunione corporis & sanguinis domini sit segregatus, reatum suum elemosinis & lachrymis, & quantis potuerit ieiuniis absoluat vt in. c. Qui sacramento. 52. q. 4.

¶ Qui scienter rebaptisantur septẽ annis peniteant, & quarta & sexta feriis & tres quadragesimis ieiunent. Et hoc si fecerint pro heresi introducendo. Se aũt pro mundicia putauerint tribus annis similiter peniteant, vt in. c. Qui bis. de cons. dist. 4. & extra de apost. & rebap. c. Ex literarũ. De pena uero talium latius habetur. c. Eos de cons. dist. 4.

¶ Qui domum suam magicis & incantationibus lustrat, uel huiusmodi homines in domum suam ducit causa exquirendi aliquid ab eis arte magica quinquennio peniteat. Similiter qui aliis hoc consulunt, ut in c. Qui diuinationes &. c. Non liceat. 26. q. 5.

¶ Quicunqꝫ vxorem adulteram cognoscit anteq̃ peniteat /tribus annis peniteat ut notatur in. c. Si quis secundo. 32. q. i. Qui uero cognoscit eam penitentem /ante penitentiam peractam /peniteat duobus annis ut in. c. Si quis primo eadem q̃stione. Sed quomodo mulieri penitentia sit iniungenda partum alterius supponenti, uel etiã de nõ suo uiro concipienti habetur extra de penitẽ. & remis. c. Officii. Et tantũ de canonibus penitentionalibus dictũ ad pręsens sufficit. Honor sit deo.

Cracouię per Hieronymum Vietorem. Anno partus virginei Millesimo quingentesimo vigisimoprimo.

